

Sic etiam Strabo (ex Nearcho) Pasitigrim ab Oroatide abesse dicit circiter 2000 stadia. Idem vero, alium auctorem secutus, Littora Susiana a Persidis finibus usque ad Tigrim circiter ter mille stadia longa esse refert. Vides vero, Nearchum hoc loco Pasitigrim vocare eum alveum, quem supra c. 41, 6. vocaverat Euphratem. Minus accuratus est, ut in hujusmodi rebus veteres solent. Recentiores in metienda longitudine Susiana nimium differunt, et nihil certum est. Vid. Vinc. pag. 440.

5. ἀναπλώσαντες δὲ] Strabo dicit: 150 stadia in Pasitigri adverso flumine navigatum est ad pontem, quae distabat a Susis 60 stadiis. Hoc absque dubio falsum est. Noster paululum modo accuratior est, scribens: sect. 7: ἐπλεον ἤδη αὐτίς ἐς τὸ ἄνω κατὰ τὸν ποταμόν. Numerum enim

stadiorum non adscripsit. Si vero, ut dixi, Susa circiter II M. stadia a mari aberant, et, Strabone auctore, pons LX stadia a Susis distabat, restabant adhuc circiter 1790 stadia.

7. πρὸς τῇ σχεδίῃ] σχεδίῃ significare quidem solet pontem tumultuarie factum, praecipue ex navibus; sed mihi verosimile est, prope Susa, magnam illam urbem, praeter quam magna via ex Babylonia in Persidem ducebat, continuo pontem fuisse.

9. cf. Exped. VII, 5, 8. 9.

10. Totum iter ab ostio Indi factum est 146 diebus, i. e. quinque ferme mensibus, quorum numerum diminuit Plinius ad III. Nostrae naves viam eam perficiunt tribus septimanis, ad quam Nearcho una et viginti necessariae erant. Vinc. pag. 454.

XLIII. Τὰ δὲ ἐν δεξιᾷ τῆς ἐρυθρῆς θαλάσσης ὑπὲρ τὴν Βαβυλωνίην, Ἀραβίη ἢ πολλὴ ἐστὶ, καὶ ταύτης τὰ μὲν κατῆκει ἔστε ἐπὶ τὴν θάλασσαν τὴν κατὰ Φοινίκην τε καὶ τὴν Παλαισίην Συρίην· πρὸς δυομένου δὲ ἡλίου ὡς ἐπὶ

XLIII. Quae vero ad dextram maris rubri partem ultra Babyloniā sita est regio, Arabia magna est: atque hujus quidem pars quaedam pertinet ad mare Phoeniciae ac Syriae Palaestinae; ad occidentem vero usque